in initio troiani et cum his aborigine,
alii dicunt ab euandro · secundum
quod uirgilius · tunc rex euandrus
romanae conditor arcis, alii a ro
mulo · ut ennius huius nata auspi
cii illa inclita roma · si igitur
tantae ciuitatis certa ratio non
apparet · non mirum si in aliarum opi
nione dubitatur · Unde nec histo
ricos · nec commentatores uaria di
centes · Imperite condemnare debemus
quia antiquitas ipsa creauit erro
rem · Sane quarundam de quibus aut
sacrae scripturae aut historiae gentium
certam originem referunt paucis
admodum uerbis retexere oportet.

Primus ante diluuium · cain ciuitatem
enoc ex nomine filii sui · In India
condidit · quam urbem sola mul
titudine suae posteritatis imple
uit · Primus post diluuium Ne
broth gigans babylonem urbem
mesopotamiae fundauit. hanc
semiramis regina assyriorum
ampliauit · murumque urbis bitu
mine et cocto latere fecit · uoca
bulum autem sumpsit a confusione
eo quod ibi confuse sint atque
permixtae linguae aedifican
tium turrem · Iudaei adserunt
sem filium noe quem dicunt
melchisedech · Primum post
diluuium in syria condidisse
urbem salem in qua regnum
fuit eiusdem melchisedech ·
hanc postea tenuerunt hiebu
saei e quibus et sortita uocabu
lum est hiebus · sicque duobus no
minibus copolatis · hiebus et sa
lem uocata est hierusalem · quae
postea a salomone hierusolima
quasi hiera solomonia dicta est
haec et corrupte a poetis solima
nuncupata et postmodum
ab elio adriano elia uocitata est
In ipsa est et sion · quae hebraice
interpretatur speculatio eo
quod in sublime constructa sit
et de longe uenientia contem
pletur, hierusalem autem
pacifica in nostro sermone
transfertur; oppida autem
nobilia qui uel quae cons
tituerunt · Dionisius qui et li
ber pater cum indiam uictor
perambularet · nisam urbem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0448